

voluntarie vendidimus et per fustem tradidimus vinealia tria de terra vacua duo quadraginalia existentia in pertinentiis Baroli et inter hos fines videlicet, ab oriente iuxta viam. a meridie iuxta ortum Ecclesie sancti nicolai de Barolo. ab occidente iuxta aliam terram nostram. et a septentrione iuxta ortum Monasterii Sancti Andree de Barolo. Ex qua venditione personaliter recepimus et habuimus a vobis pro parte et nomine dicti Conventus sororum seu monialium predictarum dicti Monasterii sancte clare de Barolo de pecunia dictarum sororum et monialium et dicti monasterii per manus vestras existente ad generale pondus Uncias auri Quadraginta totum videlicet precium ipsius venditionis. quatinus a presenti predictae sorores et moniales in dictum Monasterium sancte clare in Barolo ipsa duo vinealia de terra vacua quadraginalia (*sic*) habeant teneant possideant et dominantur *etc.* Unde voluntarie vobis *etc.* Guadium dedimus vobis *etc.* Contra que si fecerimus pene nomine componamus predictis sororibus et Monialibus ac dicto monasterio vel eorum posterioribus uncias auri viginti et totidem Regie Curie dicto Notario puplico penam ipsam pro parte ipsius Curie sollempnitatis et legitime stipulantis — qua pena soluta vel non presens contractus cum eadem adiectione pene in suo nichilominus Robore proferetur. Renuntiantes consuetudini Civitatis Baroli qua cavetur — quod pena apposita in contractu non tenet nec peti potest. liceatque ipsis sororibus *etc.* Quod scripsi ego predictus ARimagnus puplicus Baroli notarius qui predictis Rogatus interfui et meo signo consueto signavi. (*Segue il segno*).

† Iohannes de Maurone q. s. iudex. (*C'è il segno*).

† Iohannes de Prothomagistro testatur.

† Nicolaus puplicus Baroli not. testatur.

† Ego petrus de domino Santorum testor.